



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XIII. De co[n]silio prædicti VWilhelmi, & mora Herlucaë apud Heptaticum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

tem, sed longè ab illa virginali, quam præsignauimus, sorore ipsius claritate differentem. Nam & paucillum nebulæ videbatur habitaculum eius aspergere ad designationē videlicet transactæ conuersationis mundanæ.

XI. Habebat tunc temporis *Herluca* probatissimos sacri propositi monitores, beatum scilicet ^a *Wilhelmū* *Hirsaugiensis* monasterij *Abbatem*, patrem, eiusque discipulum ^b *Theocarium*, quem post *Abbatiam S. Georgij*, *Metensem* *Episcopatum* sanctitate, & doctrina illustrasse cognouimus, ipsumque post obitum *Cluniaci* sepultum miraculis claruisse comperimus. Adhuc enim in eorū ^c *competis* ultra *Danubium* comorabatur.

XII. At postquam nobiles ^d *alumnos* suos *Rutbertum*, & *Hadiuigam* fortè comitata deuenit in ripā *Lyci* fluminis ad locum magnæ antiquitatis, qui vocatur *Eptaticus*, tantam suauitatem protinus degustauit in patrociniis beatissimi *Leuitæ Laurentij*, cuius inibi *Ecclēsia* est, & *sancti Wiſterpi Augustensis* quondam *Episcopi*, cuius ibidē corpus in *Oratorio sanctæ DEI GENITRICIS MARIE* sub altari locatum quiescit, ut prædictis alioribus suis ad propria reuertentibus, nullatenus cum eis redire consenserit. *Irascebātur* quidem *carnales* *patroni*, nec residuè quidquam disponebatur *alimenti*: sed *spiritualis* *consolator* *Wiſterpus* apparens ei blandiebatur dicens: *Mane hīc mecum, filia, & ego, quidquid te offenderit, remouebo.*

XIII. Præfatus quoque *Vilhelmus* *Abbas* consiliū ei dederat, ut in quocunq; loco diuinam magis experiretur *dulcedinem*, in eo quàm maximè longam faceret *conuersandi* *stabilitatem*. Tales ergò *duces* *secuta* *continuuauit* *habitationem* *suam* *Eptatici* plus minus *triginta* *sex* *annos.*

XIV, So-

^a De quo multa *Trithemius* in *Chron. Hirsaugiensi*. Et supra in *Notis ad Vitā Greg. VII.*

^b *Trith. Dietgerus.*

^c *fort. compitis.*

^d *pro alioribus capienda vox.*